



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

6. La Santità di Nostro &c. Edictum quo quibuscumque personis sub
excommunicationis latae Sententiæ, & aliis gravissimis pœnis interdicitur,
ne quempiam, cui Secretum S. Officii commissum est, ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

1708.

pœnis, & censuris contra Violantes Ecclesiasticam libertatem, immunitatem, & jurisdictionem inflicti, à quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, beneficium absolutionis obtinere valeant.

Postremò prædicto Barbantiæ Consilio Sanctitatis Sua mandat, & præcipit, ut prædictum Decretum, seu Sententiam cum omnibus eam præcedentibus, & quomodolibet subsequentibus ex libris, codicibus, & registis, in quibus descripta, & adnotata fuerint, tolli, aboleri, & cassari faciat cum effectu, ne alias contra eos Consiliarios, aliosque quotquot præfatæ Sententiæ cooperati sunt, aut quomodolibet consenserunt, pœnis, & censuris prædictis ea de causâ jam irretitos ad alia majora remedia procedere compellatur.

Præterea, ut à nemine ullo unquam tempore ignorantia hujus Decreti allegari possit, Sanctitas Sua vult, & intendit, quod affixum in locis solitis hujus Almæ Urbis omnes, & singulos, quos illud concernit perindè ardet, & afficiat, ac si unicuique eorum fuisset nominatim, & personaliter intimatum. Præcepit tandem sub pœnâ excommunicationis ipso facto incurrendæ, ne quis hujus Decreti paginam infringere, vel ei aulicæ temerario audeat contraire.

Joseph Bartolus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Die 10. Aprilis 1708. *supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officij, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.*

D E C R E T U M.

V.

Quo Institutiones Theologicæ Gasparis Juvenin damnantur, earumque retentio, & lectio sub gravibus pœnis interdicatur.

Feria 3. die 25. Septembris 1708.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium in totâ Republicâ Christianâ Generalium Inquisitionum habita in conventu Sanctæ Mariæ super Minervam, auditâ relatione, & censurâ factâ à Qualificatoribus Theologis ad id specialiter deputatis Operis in septem Tomos distributi sub titulo: *Institutiones Theologicæ ad usum Seminariorum. Autore Gaspare Juvenin Oratorij Gallicani Presbytero, & in Seminario Eminentissimi Cardinalis de Noailles Archiepiscopi Parisiensis Sacræ Theologicæ Professore. Parisiis, & Venetiis 1704. & 1705.* Præfatum opus de mandato Sanctissimi D.N. Clementis Papæ XI., cui relata fuerunt cum prædictâ Theologorum censurâ eorumdem Eminentissimorum vota, præsentî Decreto prohibet, & damnat, vetatque, ne quis cujuscumque sit status, & conditionis ullo modo, & sub quocumque prætextu iterum imprimere, neque imprimi facere, neque jam impressum, tam ex prædictis, quàm ex quacumque alia editione apud se retinere, aut legere audeat: Sed ipsum Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim, & cum effectu tradere, & consignare teneatur, sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

Joseph Bartolus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Bullarium Romanum Continuatio Pars II.

1710.

Die 9. Octobris 1708. *supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officij, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.*

E D I C T U M.

Quo quibuscunque Personis sub excommunicationis lætæ Sententiæ, & aliis gravissimis pœnis interdicatur, ne quempiam, cui Secretum S. Officij commissum est, ad illud ullo modo violandum adducere, vel etiam requirere audeant.

VI.

LA Santità di Nostro Signore PP. Clemente XI, che in mezzo all'immenso cure del suo Pontificato rivolge i più ferij pensieri al mantenimento della S. Fede Cattolica, maturamente considerando quanto à ciò conferisca, & abbia conferito fin hora il segreto del S. Offizio, che nelle cause, tanto immediatamente, quanto mediatamente dipendenti dalla medesima, s'è inviolabilmente osservato da tutti quelli, à i quali è stato confidato, per maggiormente assicurarlo dalle insidie d'alcuni, che non avendolo legittimamente, ricorrono all'artificio, & all'inganno, per venire in cognizione delle materie, che ad esso appartengono: ed insinuandosi con le persone che l'hanno, procurano con fallaci, suggestive interrogazioni di sorprendere, & d'indurle à manifestarlo, sottraendo anche dagl'occhi delle medesime le più gelose scritture, le quali leggano, ritengano, copiano, & poi comunicano ad altri. Uditi sopra di ciò gl'Eminentissimi Signori Cardinali Generali Inquisitori, ordina con il presente Editto, il quale affisso ne i luoghi soliti di Roma, vuole, che abbia l'istessa forza, come se fusse à ciascuno personalmente intimato, à tutte, & singole persone legittimamente non ammesse al sopradetto segreto del S. Offizio di qualsivoglia grado, & condizione, benchè degne di specialissima menzione, che non ardischino in avvenire di ricercare, & sotto qualunque pretesto, & colore investigare le notizie comprese sotto l'istesso segreto, procurare, leggere, retinere, & comunicare ad altri scritture, manuscritti, & altre materie ad esso appartenenti, ed in qualsivoglia maniera sorprendere, ed indurre à rivelarlo le persone, nella fedè delle quali è stato degnamente depositato sotto pena à i Contraventori della Scommunica maggiore di lata Sentenza da incorrersi ipso facto senza alcuna precedente dichiarazione, dalla quale non possino essere assoluti, se non nel solo articolo della morte, che dalla Santità Sua, & dagl'altri Sommi Pontefici suoi Successori, sospendendo, & levando sopra di ciò tutta la facoltà alla Sagra Penitenziaria, & all'istesso Eminentissimo Cardinale Sommo Penitenziere, & sotto pene anche corporali gravi, & gravissime ad arbitrio della Santità Sua, da estendersi sino alla Galera, secondo le circostanze delle trasgressioni, & le qualità delle Persone, che averanno trasgredito. Dato dal Palazzo del S. Offizio questo adi 24. Gennaio 1710.

Joseph Bartolus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius

Die 24. Januarii 1710. *supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officij, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.*

L I

D E.